



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetii, 1607**

Forma ferendi s[e]n[tent]iam. vel iniu[n]gendi p[o]enite[n]tia[m] diffamato  
de haeresi & suspecto, aliàs de eade[m].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

vel vehementer, quia multum interest, ut alias A  
supra dictum est.

**185** Prædictæ autem purgatio, & abiuratio fiant in vulgari, si fiant publice, & coram vulgaribus; si autem tantummodo coram viris litteratis, & a litteratis, poterunt fieri in Latino. Et si fiant publice (ut videtur fidem ratione infamia, & quia est publice diffamatus) fiant cum solemnitate in Ecclesiæ, de qua dictum est frequenter, scilicet, in die festiva; & facto sermone per Inquisitorē prius indicito in Ecclesijs parochialibus, & reliquorum: & sermonibus alijs suspensis pro illa die; & posito abiurando in populi medio, ut ab omnibus videatur; & lectis primis ibidem publice eius culpis per notarium, seu aliquem reliquum, seu clericum seculariem.

Factilque antedictis purgatione, & abiuratione, Inquisitor (ut alias dictum est plures) indicet sibi publice periculum, quod sibi imminet, si in hæresim prolabatur: de cuius periculo dictum est statim: quibus sic actis, feretur sententia seu penitentia per formam tenoris sequentis.

*Forma ferendi sententiam vel iniungendi penitentiam diffamato de hæresi, & suspecto alias de eadem.*

**186** **N**os N. Episcopus talis ciuitatis, & frater N. ordinis Prædicatorum Inquisitor hereticæ prauitatis, in terris tali ditioni, talis domini subiecis, sancta sede Apostolica specialiter delegatus. Diligenter attentes, quod tu de tali loco, & talis die excesisti, fuisse delatus nobis de tali hæresi, sanctorum martyrum reliquiæ, & omniis ecclesiæ singularis productis, actis, & actitatis aqua lâce libratis, habituoq; in & super illis, theologorum, ac in iure peritorum pluriis in maturo consilio, ac digesto, reperimus te de prædicta hæresi in tali loco, seu talibus locis apud bonos, et graues publicè diffamatum: propter quod, ut nobis mandant canonica instituta, in diuinis tibi purgatione canonica, & non immerito, te suspectum habuimus vehementer, seu leuiter: dicatur si est illud vel illud, & hoc de hæretica prauitate: propter quod fecimus te ut taliter suspectu hæresim abiurare, dicatur, nem hæresim, si abiuravit ut suspectus vehementer, vel hæresim supradicta, si ut suspectus leuiter: Verū quia non possumus, nec debemus, talia que peregisti, villatenus tolerare, sed cogimur ea vitare, iustitia suadente, ad hoc ut reddaris cauitor in futurum, & ut crimina non remaneant im-

<sup>† c.</sup> Inter soli citudines.

<sup>c</sup> qua corā nobis hic publice te purgasti, & ipsi cōpurga. cano.

purgatores pariter te purgarunt. Inuenimus etiā te talia cōmisissile, exprimantur illa, propter quæ, & non immerito, te suspectum habuimus vehementer, seu leuiter: dicatur si est illud vel illud, & hoc de hæretica prauitate: propter quod fecimus te ut taliter suspectu hæresim abiurare, dicatur, nem hæresim, si abiuravit ut suspectus vehementer, vel hæresim supradicta, si ut suspectus leuiter: Verū quia non possumus, nec debemus, talia que peregisti, villatenus tolerare, sed cogimur ea vitare, iustitia suadente, ad hoc ut reddaris cauitor in futurum, & ut crimina non remaneant im-

<sup>† Al.</sup> vindica

re

punita, & ut exterri non reddantur procluiores ad similia committenda, & ut Creatoris iniurie non aquanimititer tolerentur: Ea propter te talem prædictum purgatum, & abiuratum, hic in nostra præsenta personaliter constitutum, in hoc loco, & hora tibi in antea assignatis; Nos Episcopus, & Inquisitor præfati sedentes pro tribunali more iudicū iudicantū, facrostanctis Euangelij positis coram nobis, ut de vultu Dei iudicium nostrū prodeat, & oculi nostri videant æquitatem: sententiamus, seu penitentiamus per modum, qui sequitur, scilicet quod tenearis, &c.

Ponantur illaque videbuntur magis ad honorem fidei esse, & ad exterminationem hereticæ praesentis unitatis, ripote, quod certis diebus Dominicis, & fe. Iustitiae, habeat stâre ad portam talis, vel talis Ecclesiæ cum cero tanti ponderis in manu, dum Missam solemnia celebrantur, capite disceperto, & pedibus undatis, & offerte ad altare cereum antedictum, & habeat sextis ferijs ieiunare, & quod certo tempore locum illum non audeat exire, sed certis diebus hebdomadæ se habeat Episcopo, vel Inquisitori præstante, & similia, quæ iniungenda videbuntur secundum culpam exigentiam, & varietatem: quia non potest dari una regula generalis. Lata fuit hec sententia, seu penitentia, &c.

C Qua lata, exequatur: poteritq; dispensari, vel mitigari, vel commutari, secundum quod negotium, & penitentis correccio, & humilitas hoc requiriunt: quia potestatem habent Episcopus, & Inquisitor, etiam si non retineant, & hoc de iure, ut in c. Vt commissi. de hæret. lib. 6.

#### COMMENT. XLIIIL

**I**am monui supra super 2. modo processum termi nandi, bunc modum septimum eo nomine a seū Quod do differre, quia ibi de solo diffamato, hic vero de diffamato simul & suspecto agitur.

Ac de hoc modo agit etiam breuiter Tabenensis in summa verbo, Inquisitor. §. 18. & Jacobus Spriger in mallo maleficarum, 3. par. q. 26. Sylvester de Strigibus, lib. 3. c. 4. puncto 9. & alii.

Quæcumque autem necessaria sunt ad intelligendum hunc modum, plenissime dicta sunt a nobis supra super dicto 2. modo processum fidei terminadi.

Hoc solum præterea admonebo lectorum, ne fortassis dum hæc legit apud Eymericum, quid inquam durius in reos huius criminis statuat, animaduertit dum esse id, quod docuimus supra par. 2. Super cap. inter sollicitudines. §. ita tamen, & sequentibus nece facile, & frequenter purgationem indicat, cum sit remedium valde dubium, et periculosum, sed ad alia iuris remedia configiat.

a Ita quod si prolabatur in aliam speciem hæresis, pena relapsi debita non punietur ratione abiurationis, &c. ] Videtur Hic Eymericus sentire, quod si is qui abiuravit de levi, postea manifeste incidat in eam hæresim, quia prius ut leuiter suspectus abiuravit, debeat censeri relapsus, que sententia videtur sufficere. Accidit in cap. accusatus notabilis 6. de hæret. lib. 6. quod tamē est fulsum, ut donec supra par. 2. super quæst. 58. §. vel post constit.

vbi

vbi ostendi aet extissime Eymericum vere tenere co-  
mariam opinionem. quare hic locus ita est accipie-  
dus: Qui leniter abiurauit, si relabatur in aliam ha-  
resim ab ea, quam abiurauit, non erit relapsus; quia  
non abiurauit omnem heresim: adde, neq; erit relap-  
sus ad hoc ut relapsorum pena puniatur; etia si in  
eadem heresim, quam leniter abiurauit, incidisse de-  
prehendatur. Dixi; ad hoc ut relapsorum pena  
puniatur: quoniam si vocis proprietate spelemus,  
re vera erit dicendus relapsus, cum in priorum lapsu  
recidat. nec putandum est virum egregie eruditum  
aliter sensisse. Nec video quo aliter possem huc  
locum accipere, quem non sum auctor immutare, quia  
omnes codices penitus conueniebant. ceterum ita pu-  
tabam legendum, ut ex serie auctoris colligatur: Ita  
quod si prolabatur in eandem speciem heresim.  
sive ita: Ita quod si prolabatur in eandem, vel in  
aliam speciem heresim, &c.

b Ratione autem purgationis canonica est du-  
bium, &c.] Admonui supra in hac 3. par. super 2.  
modo processum fidei terminandi. §. nec contemnat.  
Eymericum varijs locis, varie scripte de hac diffe-  
cultate: sed ne aetiam agam, quid mibi in hoc dubio  
sentendum videatur, dixi copiose praecitato commen-  
tario, vbi omnino videas.

C De octavo modo terminandi processum fi-  
dei per abiurationem faciendam  
ab heretico paenitente.

**O**ctauus modus processum fidei ter-  
minandi & finiendo est, quando delatus  
de hæretica prauitate, meritis  
processus diligenter discussis, cum  
bono consilio in iure peritorum, re-  
peritur confessus heresim, sed penitens, & alias  
non relapsus veraciter; & hoc est quando delatus  
ipse confiterit iudicialiter Episcopo, vel Inquisi-  
tore medio iuramento, fore verum q; ipse tanto  
tempore stetit, & perseverauit in illa, seu alia, de  
qua delatus est heretica prauitate, & illi credidit  
& adhesit; sed postmodum ad informationem Epi-  
scopi, & Inquisitoris tandem vulnus resilire, & ad  
gremium Ecclesiae redire, & illam ac omne alia  
heresim abiurare, & satisfacere prout ipsi volue-  
rint ordinare; & non reperitur, quod unquam alias  
heresim aliquam abiurauerit, sed nunc abiurare  
prompto animo est paratus.

Circa istum talis practica est seruanda. Talis  
enim est quod multis annis steterit in heresi  
predicata, ac est alijs quibuscumque, illas credide-  
rit, dogmatizauerit, multosque induixerit in er-  
reres; si tandem cum effectu illas hæretes conser-  
teret, abiurare, & satisfactionem congrua ad ar-  
bitrium Episcopi & Inquisitoris exhibere, non est  
tradendus brachio seculari ultimo supplicio fe-  
niendus; nec si est clericus, degradandus, sed est  
ad misericordia admittendus, iuxta c. Ad abolen-  
dam, s. presenti, extra de hæret. & abiurata pri-  
minus hæretica prauitate, est in perpetuum car-  
cerem detrudendus, iuxta c. Excoicamus, 2. §. si  
quis, & absolutionis beneficio impertito, & iniu-

A Et eidem, quod talibus iniungi consuevit, iuxta  
c. Ut officium, prout illo tamen solerter, ne simula Prouidendū  
ta fidei redat fraudulenter, & Episcopum et reticorū con-  
Inquisitorem, immo scipsum fallendo, sub agni netrio,  
specie lupum gerat.

Modus autem disponendi ad abiurationem ta-  
lis erit.

*Forma disponendi ad abiurationem  
faciendam per illum, qui est propria con-  
fessione in heres deprehensus, & peni-  
tet. & alias non relapsus.*

B N primis Episcopus & Inquisitor inter se co-  
cordabunt de praedicta abiuratione fienda pu-  
blice, aliqua certa die Dominicā, vel festiuā, quę  
quidem non sit Dominicā de Aduentū, vel Qua-  
dragesima, vel alias dies multū solemnis, vt dies  
Nativitatis Domini, vel festum Paschæ, & simili-  
les, quia praedictis diebus honestū est sermones  
non suspendere, & quemlibet accedere ad ecclē-  
siā suā parochiale, quod fieri non possit si  
in illa fieret abiuratio antedicta: tum quia suspe-  
derentur sermones; tum etiam quia omnes con-  
fluerent ad ecclēsiā, in qua fienda foret abiur-  
atio supradicta. Concordata igitur de tali certa  
die Dominicā, vel festiuā, mandabitur præceden-  
ti die Dominicā, seu alia festiuā, per dies aliquos  
ante præfixam diem ad abiurandum præceden-  
te, ex parte Episcopi & Inquisitoris, curatis om-  
nibus ecclēsiarum illius ciuitatis, vel loci, in quo  
praedicta abiuratio est fienda, vel religiosis, q; ha-  
bet illa die populo prædicare, quod insinuent pu-  
blice populo, ac clero, quod tali Dominicā, seu  
die festiuā, Inquisitor in tali ecclēsia pro fide &  
de fide sermonem faciet generalem; & sic quod  
quilibet vadat illuc ad videndum, & audiendum  
ca qua fient, & habebit ex parte domini nostri  
Papæ Indulgentiam consuetam, scilicet, quadra-  
ginta dierum, indicando etiam, quod illa die nō  
erit alijs sermo in loco illo. Quo facto, mittatur  
ex parte Episcopi & Inquisitoris ad domos reli-  
giorum; qui prædictant communiter verbum  
Dei, & intimabitur eorum superioribus, quod die  
Dominica sequenti, seu tali die festiuā, Inquisitor  
sermonem faciet pro fide in tali ecclēsia genera-  
lem, & quod suspendit omnes alios sermones: &  
ideo quod nullus in loco illo prædictet illo mane,  
sed quod quilibet superior mittat quatuor fra-  
tres, vel duos prout videbitur, qui interfici sermo-  
ni, & abiurationi, & sententiae ferende.

D Medio autem tempore Inquisitor sermonem  
suum ordinabit, iuxta materiam fidei, de qua pro-  
tunc est agendum: ordinabit etiā cum Episcopo  
de culpis in scriptis redigendis, abiuratione for-  
mandis, & sententia, ac etiam de loco & sede, seu  
bastimento ponendo in alto in ecclēsia antedicta  
in medio, in quo possit ponere abiurandus & senten-  
tiandus, vt ab omnibus videatur, ordinabit etiam  
de ueste fiēda ad modum scapularis religiosorū  
sive tñ capucio, q; sit de pano liuido, vel stenite  
coloris, & habeat insertas crucis ante & retro de-

Vestimentis  
tonitatis.